

excusauerat. d'suiderit. lam tamen post festa omnia receptio
 nis suae. in paraly sin soluttur. multis ac pene omnibus mem
 bris; Tunc somnio admonitus confitens per scriptura ob hoc
 sibi dictum ee accidisse. quod symbolum non reddiderit; Post
 illam confessione redduntur officia membrorum omnium
 nisi lingue solius. se tamen didicisse symbolum. Ideoq. memo
 riam iam tenere nihilominus in eadem temptatione litteris
 factum est; Omnis est ab eo deleta nugacitas. Quae ut scis
 multum decorabat naturalem quandam eius benignitate
 eumq. insultantem xpianis faciebat sacrilegum ualde;

Quid dicam dno. nisi hymnum canamus. et super exalte
 mus eum in saecula. amen **EXPL XOSENE ALIPIU**

ITE BEATI AUG XOBBATE EUDOXIU INSULE CAPRARIS

VII **D**omino dilectissimo. et exoptatissimo fr̄i et conpresbitero
 eudoxio. et qui tecum sunt fr̄ibus. Augustinus et qui mecum
 sunt fratres in dno salutem; Quando quietem uram cogi
 tamus quam habetis in xpo. etiam nos quamuis in laborib;
 uariis asperisq. uersamur. in uia caritate requiescimus;
 Unum enim corpus sub uno capite sumus. ut et uos in nobis
 negotiosi & nos in uobis otiosissimi. quia si patitur unum
 membrum. compatiuntur omnia membra. Et si glori ficatur